

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Andreae Alciati Emblemata

Alciati, Andrea

Patavii, 1661

Hedera. Emblema CCV.

[urn:nbn:de:bsz:31-127360](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127360)

tantis opibus quantulo cōtēti esse debeat. Plura de nuptiarum solemnitatibus videri poterūt apud Antonium Gaibertum Costanum in Tract. de Matrimon. Iul. Casarem Scaligerum lib. 1. Poetices, cap. 101.

Br sonium de Ritu nuptiarum lib. singulari, quorum ex scriptis fertilissimis, & vel ipsis Alcinoi hortis floridioribus, aseniora hæc pleraq; delibata sunt.

Hedera.

EMBLEMA CCV.



HAVD QV A QV AM arefcens Hedera est arbuscula, Cisso
 Qua puero Bacchum dona dedisse ferunt :
 Errabunda, procax, auratis fulva corymbis :
 Exterius viridis, cætera pallor habet .
 Hinc aptis vates cingunt sua tempora fertis :
 Palescunt studijs, laus diuturna vires .

COMMENTARI I.

IN censu earum arborum, quæ admiculis sustententur, hedera etiam venit referenda, per se enim non consistit, sed adhæret maioribus arboribus, vetustis edifi-

ficijs, & parietibus. Caudices eius lignosi, subinde ita crassi, ut arborefcere ipsa videatur: à quibus ramulos hæc illac diffundit quàm plurimos, quibus veluti brachijs.

chis latè serpens in multam peruagatur partem, radículas etiã ab ipsis assidue dimittens, quibus se arboribus, ipsisq; parietibus annectens pertinaciter hæret. Folia læuia sunt, splendētia, superiore præsertim parte; initio quidem handquaquam, sed ubi consenuerunt, angulosã; flores muscoli, in baccis varietas est, & quædam etiã in colore florum. Eius genera tria facit Plinius, nigram, candidã, & terciã, quæ vocatur helix. Nigra & candida non ex folijs, sed ex ligno dignoscuntur.

II.

Hedera poetarũ.

HEDERA perpetuo vires, tenax est, eiq; parti molesta, cui hæret; corymbos aureos producit, extra viridis, in cæteris pallescens. Poetarum conditionem representat, qui hærent studijs, sibiq; interdum nocent, quod ferè corporeis exercitationibus careant: famam tamen nominis nunquam morituram, quasi mercedem auream expectant. Solantur enim se spe, & studiorũ molestias atq; difficultates sempiternæ laudis opinione leuant.

III.

Hedera unde dicta.

Cissus hirsutior Bacchi.

HEDERA arefscens] in perpetuo virore manens. Hedera est arbuscula] Hedera dicta est quod hæret, autore Festo, quodq; sequatur quidquid proximum est, quamuis non scribatur per diphthongum. Alij ab edo deducunt, quod parietes edat atq; consummat. Græcè κισσός.

Cissus] Cissus adolescens fuit, Liberti patris histio & saltator, qui cum Deo præsentente tripudicaret & thyalos exercebat, in quendam terræ hiarum casu lapsus interiit. Tellus autem eum gratificari Baccho velle, florem produxit adolescenti cognominem, & iuuenis germina in plantâ gemine conseruauit. Quod ubi ex terra progressum est, vitem amplectitur, eo modo, quo adolescens Bacchum in tripudijs amplecti & circumplicare consueuerat. Hæc ferè ex Cassio Dionysio de agricult. lib. 11. cap. 130.

Ludis adhuc, casusq; memor vagus arbore Cissus,

Mille manus quarit necere, mille pedes.

Hinc Plinlarus in Olympijs, Bacchum κισσοφόρον est, hedereum, vel hederaceum, aut hederigeram appellat, quod ei hedera dicata sit. Legitur quidem primo Epigrammatou:

κισσοφὸν μὲν διότυπος ἀγλάεται, φησὶ δὲ θεὸς.

Bacchus amat hederas, & Iupiter agide gaudet.

Retulit autem in Atticis Pausanias κισσοφύσιον Bacchum appellatum, quod in ea Atticæ regionis parte, id est, Acharnis, primùm hedera visa sit: quo loco statua etiã sunt hederæ. Sed & Homerus in hymnis κισσοκόμην διότυπον, id est, hedericomam vocat.

Errabunda] Virgil. 4. Eclog.

At sibi prima puer nullo munuscula cultis Errâtes hederas passim cū bacchare tellus.

Procax.] Donatus ad Hecyram Terent. Procax petacem significat: procari enim nihil aliud est quàm impudèter & importunè petere, ait Nonius. Hinc procacitas, seu procacia, vt in l. si traditio, C. de actio. emp. Idèd autem Plutarchus amorem hederæ confert: δεινὸς ἴσιν ὁ ἔργος, ὡς περὶ ὁ κισσός, αὐτὸν ἰκπασὺς ἀνα δῆσαι πρὸς φάσεως. Ea est amoris vis, ut non secus atque hedera, valeat se applicare, arripere omni occasione. Vide adagium, Hedera læsciuior.

Exterioris viridis.] Intelligit hederam nigram, quæ florem croceum habet, pulla folia Id est, hederæ nigræ folia parte altera virescunt, altera pallescunt. Ne quid ad hæc requiras, cõsule Plinium lib. 16. c. 34.

Hinc aptis vates] Horatius 1. Camillum:

Me doctarum hedera præmia frontium Dijs miscet superis.

Idem in Epistolis:

Prima feret hedera victricis præmia.

Virgilius in Eclogis:

Pastores hedera crescentem ornate Poetam.

Quod ridet in Satyrarum vestibulo Petrus: ait enim,

Heliconi dasq; pallidamq; Pirenen

Illis relinquo, quorum imagines lambunt

Hedera sequentes.

Sic Ouidius 1. Trist. eleg. 6.

Si quis habet nostris similes in imagine vultus,

Deme meis hederas, Bacchica ferta, comis:

Ista docent latos felicia ferta poetas;

Temporibus non est apta corona meis.

Idem 5. de Ponto, eleg. 4.

Tu tamen è sacris hedera cultoribus unum Numine debueras sustinuisse tuo.

Idemque 3. Artis, ubi queritur poetas esse sine honore:

Nunc

Procax.

Hedera nigra.

Hedera poetis, sacra.

Non hedera
Palle
narque h
creteru
reos cor
fuis labo
runt: & qu
fuit, sima
cruca fem
erudicou
HED
poetarum
citus en
semper vi
chi. Deind
& fulera, i
poetarum
studio pal
tò olim, p
bantur, ut
to cocor
Iner vi
Inde tra
occurdunt
lari de
to velere
sperant
eo dist
Poetis
Perno
credidit
tenetur,
vitor, q
semare,
tur eos,
reant qu
cellule
bant in
sua se
atq; loc
& indur
Hæc e
dera su
sper re
to, vel
na ipe
latam i
opere
ingenti
quand
Non h

Nunc hedera sine honore iacent.

Fama do
rum

Pallefcent studiis] Sicuti errabunda tenaxque hedera sensim altum conscendit, exterius virefcens, in ceteris pallida, & aureos corymbos ex se producit: ita Poetae suis laboribus humo pedetentim sese efferrunt: & quamquam assiduo studio pallidi sunt, fama tamen ex scriptis & ingenio conserata semper virent: quippe qui aureos eruditionis & doctrinae fructus parturiant.

IV.

Hedera
aut sym
bolum poe
tarum

HEDERA Emblemata & symbolum poetarum est, propter causas, quas hic Alciatus enumerat: quorum prima est, quia semper viret. Secunda, quia munus Bacchi. Deinde, quia sit errabunda & procar, & fulua, id est, pulchra & viridis, vt fama poetarum; & pallida, vt poetae praenimio studio pallere solent. Vnde non immerito olim poetis coronae hederaceae conferebantur, ita tamen vt hedera vna cum lauro coronas istas perficeret. Virg. 8. Eclog.

--- atq; hanc sine tempora circum

Inter vitrices hederam tibi serpere lauros. Inde etiam discimus ex poetis Graecis, & eorundem scholiastis, nempe vates appellari *δαφνιφάγος*, id est, lauriuoros, vel lauro vefcentes, aut laurum edentes: Quod respexit Iuuenalis quadam Satyra, quo loco dixit,

--- laurumq; momordit.

Poetis autem hederas decretas esse, cum Pierio, & alijs quibusdam doctioribus crediderim, vt vna cum lauro permiscerentur, non tam vt perpetuus vtriusque vitior, qui diuturna eorum scripta repraesentaret, in causa fuit, quam vt ostenderetur eos, qui digni hederis euassissent, laureamque meruissent, & arte & ingenio excelluisse. Si quidem per laurum intelligebant insiram quandam ingenij vim ac vnae fecunditatem, Apollinis radijs vberem atq; locupletem: per hederam vero artem & industriam perugili labore partam. Huius quidem rei indicium est, quod hedera suapte natura sit tam imbecilla, vt saepe reperere necesse haberet, nisi vel muro, vel planta, aut saxi haereret, & pertinax conatu sese attolleret, vt tandem paulatim irrepens victrix euadat. Est autem operae pretium, utroque (arte scilicet & ingenio) si quis velit alijs antecellere; quandoquidem

--- mediocribus esse poetis

Non homines, non Dij, non concessere columnae.

vt habet ille Sed & istuc aduertendum.

--- ingenium cui sit, cui mens diuiniat, atq; os

Magna sonaturum. des nominis huius honorem.

Et: --- Ego quid studium sine diuite vena Nec rade quid possit video ingenium: alterius sic

Alter a poscit opem res, & coniuat amicum. Quibus plane congruit, quod poetae non fieri, sed nasci quidem dicantur: quod si tamen ad naturam ars & exercitatio accesserit, tum nescio quid praecelarum, imo diuini soleat prouenire, qua de re videatur Cicero in Oratione pro Archia poeta. Inque hanc sententiam Pindarus hymnorum suauitatem & elegantiam per mel candido lacte commixtum intelligi voluit in Nemeis; vbi lac, quod a natura est, genium & venam indicat: mel vero artem & diligentiam, quoniam hoc non absq; magno apum labore conficiatur. Vnde ipsemet de se restatur Horatius, quod

Mel cum
lacte mix
tum.

--- apis matine more modog;

scribundis versibus laborem & diligentiam soleat adhibere. Et contra reprehendendum esse ait carmen illud,

--- quod non

Multa dies, & multa litura coercent, & quod

Perfectum decies non castigavit ad vnguem. Idq; pluribus exequitur Pierius lib. 5. in Hedera. Baccho vero hederam esse sacra diximus. Siquidem Probus Grammaticus ait, in Cytherone sacra Liberi patris arcana tertio quoque anno celebrari solita. Liber autem cum Musis & Apolline esse perhibebatur, idcircoq; ex hederae eius fronde Poetas coronari. Porro dicata est ei hedera, quod vt ea semper viret, sic ille semper iuuenis; vt diximus alibi. Quamquam plerique referant ad ea ferta seu corollas, quas post expeditionem Indicam circumtulisse Bacchus dicitur, Plinio teste lib. 16. cap. 4. vnde & Dionysiaca hedera dicta est, & Bacchica. Ouid. Faistor. 6.

Baccho
sacra he
dera.

Baccho racemiferos hedera redimite capillos.

Idem alibi corymbiferum eum nominat. Discumbentes etiam, qui se forte munere Bacchi inuitarent plusculum hederacea se ornabant corona, quae insita frigiditate vini potentiam retunderet, minasque inde afficerentur bibentes, ebrietatis violentia

lii 2 restun-

Poeta &
vates
da. p. vii.
p. 270.

Digni he
deris.

Lauro,
quid in
telligebat
veteres.

Hedera
quid.

Locum
Plutar-
chi.

restituta hederæ vi frigoris. Plurarchus tamen Symposiac. 3. sectione 2. Hederam dicit à Baccho sumptam, non ut auxilium esset aduersus ebrietatem, aut ut vino aduersam, quippe qui Methymnæum, à methy, quod vinum sonat, sese appellari voluit: sed ut vini vino vero desituti, hor-

deaceo potu pro vino vtuntur, & è malis aut palmulis quædam sibi vina conficiunt: ita qui hyeme desideraret coronam viteâ, quòd tunc temporis vitem nudam vidit, & folijs carètem, ob similitudinem quandam, hederam est amplexus. Vide adagiũ. *Hedera post Anthisteria.*

Ilex.

EMBLEMA CCVI.



D'VRITIE nimia quod sese rumpere Ilex,
Symbola ciuilibis seditionis habet.

COMMENTARI.

Ilex.

ILLEX ad iustæ arboris magnitudinem non raro excrescit, subinde pyro magnitudine haud inferior, ramis aliarum glandiflorarum more diffunditur. Folia humilis ac tenelle adhuc, per margines spinosa & aculeata, adultæ verò nequaquam spinis

horrent, ambitu quidem non nihil, sed minus quàm roboris sinuosa, instar foliorum suberis, sed maiora & latiora, quæ superius virentiora, inferius inalbescant. Glans calyci spinoso inheret, similis quernæ. Sub hac arbore ciues seditiosi hic sublatis signis